

1
Cartusia Lapidis Refugiū in Hungaria. — 1300. —
(Ex D. Jos. caput in suo volumine msc.) provinciarum, Alemania pag. 325-326. —)

Cartusia Lapidis Refugiū vulgo Lathenkow fundata circa 1300 a Martino
postea cartusiano, cujus obitus reperitur in carta capituli generalis anni 1327,

Priores. —



D. Salomon alias prior Lapidis
Refugiū obiit 1413. —

D. Nicolaus monachus D. Lapidis
Refugiū et alias prior obiit 1437. — D. Antoni-
us prior obiit 1440. — D. Andreas sacrista D.
Lapidis

Lapidis refugii obiit 1668. —

D. Joannes Nicarius T. Vallis Au-
-ciliæ obiit 8 Junii 1662, alias prior T. Lapidis
refugii. — D. Thomas vic. D. Paulus presb. et D. Andre-
-as sacista obierunt 1667. —

D. Joannes presb. T. Lapidis
refugii qui fuit olim prior T. d. obiit 1683. —

D. Gabriel presb. T. S. Michaelis
in Leinold obiit 23 Martii 1686 alias prior T.
Lapidis refugii. —

p. 326. D. Nicolaus prior T. Vallis Taconæ,
alias Lapidis refugii et Mambach et multis
amici visitator presb. Alem. superius obiit 6
Sept. 1498, habens plen. manach. — D. Hugo
presb. et sacista obiit 1493. —


D. Joannes presb. T. in Mambach
prior T. in Fleckhals obiit 25 Martii 1501,
alias prior Lapidis refugii. D. Bernardus presb.
T. in Lenitz (sic) procurator obiit 1508. —

ii
D. Eucharist prior de Capid's refugii
obit 1520. —

D. Andreas prior in Larkau obit
1525 alias prior Capid's refugii. —

D. Andreas prior et vic. de Olmu-
-ensis et ibi dem et in de Capid's refugii quor-
-dam prior obit 1537. D. Thomas prior
et procurator obit 1540. —

D. Petrus prior et olim prior de
Capid's refugii hospes in domo Legnitz
obit 1554. — (Hactenus D. Jos. capus
24 April 1897: —). —



Vatic. in Bibliotheca di Consultatione. - Vendo dall'archivio
 2^a camera a man destra. - Hungaria - trova due opere
 seguenti -

Fajar Geary. - Codex Diplomaticus Hungariae. Budap. 1829. -

Nagy - Codex Diplomaticus Hungaricus Andagavensis. Budap. 1879.

Cartaria Lafidii Refugi.

- v. vol. VI² p. 210. 1299, 29 Sept.
- " p. 212. 1299, 16 Feb. Jan.
- " p. 243² n=122. 1307, 7 Sept.
- VIII² p. 193 n=92. 1305.
- " p. 243 n=122. 1307, 7 Sept.
- " p. 261 n=132. 1308, 5^o Id. Sept.
- " p. 368 n=169. 1309, 5^o Id. Sept.
- " p. 388 n=176. 1310.
- " p. 606 n=191. - 1311, Salucia.
- " p. 416 n=196. - 1311, 1^o Id.
- t. I. p. 292 n=668 - 1313, 5 Mai.
- t. VIII² p. 221 n=81 - 1319.
- y t. 1. p. 562 n=690. 1320, 13 Jan.
- t. 2. p. 382 n=239. - 1329, 16 Jan.
- " p. 387 n=343 - 1329, 16 Feb.
- t. VIII³ p. 555 n=250. 1331, feria 1^o Id.
- t. 5. p. 528 n=326 - 1351, 30 Nov.
- v. t. IX² p. 197 n=90 - 1352, 6^o Id. Apr.
- " p. 712 n=355. 1358.
- X⁴ p. 339 n=157 - 1606, feria 6^o Id.
- X⁵ p. 254 n=142 - 1612, feria 3^o Id.
- " p. 258 n=115 - 1612, D. av. 11. Feb.
- " p. 377 n=171. - 1612.
- X⁶ p. 155 n=37 - 1618.
- X¹ p. 188 n=82 - 1638. -

Cartaria Vallis S. Antonii. Lechnitz

- Fajar. t. VIII¹ p. 251 n=127 - 1308, 23 Jul.
- + " t. VIII² p. 227 n=82 - 1319, feria 6^o Id.
- + " " p. 255 n=99² - 1320, Oct. Pasch.
- + " " VIII³ p. 143 n=39 - 1326, 1 Nov.
- + " " p. 677, n=199. - 1330, 4 Aug.
- + " " VIII⁴ p. 198 n=118 - 1330, 6 Aug.
- + " " VIII⁴ p. 88 n=20. - 1335, 8^o Id.
- + " Fajar t. IX¹ p. 509 n=263 - 1341, 6^o Id. Oct.
- + " Nagy. t. 4 p. 294 n=176 - 1342, 22 Dec.
- + " " p. 471 n=286 - 1346, 5 Id. Dec.
- Fajar. t. IX¹ p. 55 n=5 - 1342
- " " p. 73 n=16. 1362, 5 Id. Oct.
- X¹ p. 528 n=290 - 1367.
- X⁵ p. 483 n=261 - 1381.
- X⁷ p. 473 n=301. - 1382.
- X² p. 82 (n=80) n=33 - 1392.
- " p. 93 n=36 - 1393.
- " p. 94 n=37 - 1393.
- " p. 264 n=152 - 1395.
- X⁴ p. 772 n=362 - 1409, 10 Mai.
- X⁶ p. 620 n=298²⁷³ - 1424, v. 11 Id.
- " p. 730 n=328 - 1425, 6 Id.

Vente folium

Cartusia Vallis Michaelis (Lewald) -

- + Feyer t. IX^o p. 239, n. 113 - 1378. 15 K. M.
- + " " X^o p. 575 n. 325 - 1390, f. 5. a. lat.
- + " " X^o p. 332, n. 135. - 1391.
- + " " X^o p. 148 n. 42. - 1429

al Staffale « Boemia »
trovera l'opera :

P. Galarius Dobner. Monumenta
historica Boemica. Praga 1/

x T. I. p. 329. 1617, 1^a Mai

x " p. 334 - 1617, 1^a Ma

+ " p. 361. 1627, 8 def. [uncl.]

Cartusia Waldicentis -

Cartusia Erche - Erche - Erchi. -

Vide Theiner Monumenta Hungarica

t. I. p. ... circa 1266 - fundatio. (1238)

t. I. 216. 1253, 185 ann. - Ad historiam
transit. -

Vide l'indice di Theiner per trovara
la pagina del 1^o documento. an Erche
sive cartusia. - Feyer IV^o p. 178, ha il 2^o
documento 1253. -

Pez. Theaurus Anecdotorum
vol. V. codex diplomaticus 1

pag. 19 et 20. trovati due

di Giovanni XXII, le quali

ho trovate nel archivio Vate

n. 26, 1553, 5 oct.

n. 27, 1553, 4 oct.

} Cartusia Germanica

Separatus -

Theiner I. p. 122 } 1234 - hic trinitate legatus
Feyer III^o p. 379 } in Bosnia

Quod pertinet ad unamquamque cartusiam, sua
debet in parte separata -

ca 27

menta

ca 176

in

veda

hi-

oruy

ca 111


uet

icki u

Vatic

iamni

scib



1.

Cartusia Lapidis Refugii

Fejer Georg. - Codex Diplom. Hungariae (Budae 1829 et seq.)
Vol. VI.² p. 210. — 1299 - 29 Sept. —

A. Ch. 1299. Litterae fundationales, quibus Jordanus, Comes Saxonum, Coenobium lapidis refugii Cartusianis confert.

Jordanus, Comes Saxonum, et Jurati, ac universi iudices, cum tota communitate Scypt. Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, salutem in omnium Salvatore. Divina nos edocent eloquia, sacra testantur Evangelia, ut quaevis fidelis anima spiritus transitorius inhaereat coelestibus, derelinquendo vitia, misericordiae opera et alia bona quaelibet exercendo; praecipue tamen sacrorum coenobiorum et claustrorum numerum studiosius adaugendo, in quibus laus divina crebre colitur, et Christus Dei filius pro salute vivorum et defunctorum salutifere immolatur. Nunc est quod ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod frater Andreas, Ordinis Carthusiensium, cum alio confratre suo allecti, vocati et citati per viros discretos et devotos scilicet: Dominum Heydenricum Plebanum de Lyutscha, Dominum Verkerum Plebanum de Oderin, Dominum Martinum Plebanum de villa Isaac, D. Hermannum Plebanum de Lyubicza, et ceteros universos nostrae provinciae Plebanos, una cum eisdem Plebanis,

2

Necrologium domus Lapidis refugii

ex chartis capituli gen^{is}.

- ch. 1320 Duobus Prioribus qui obierunt in domo Lapidis refugii conceditur unum tricenarium
per tot. Ord.
- " 1321 Obiit fr. Helboldus monachus Lapidis refugii qui habet tricen. per tot. Ord.
- " 1327 Item obiit domnus Martinus fundator Lapidis refugii qui habet tricen. per tot. ord.
- " 1395 Obiit J. Petrus Prior dⁱ Lapidis Refugii habens tricen.
- " 1396 " D. Stephanus Lapidis refugii Prior habens tricen.
- " 1409 " D. Joannes monach. sac. Vicarius dⁱ Lapidis refugii habens tricen.
- " 1413 " R^olus Pater in X^{to} Dⁿⁱ Landislaus Episcopus Timiensis (Timiensis, c. de Pise)
qui habet tricen. per tot. Ord. (Timiensis, dit D. Chauvet qui ajoute: « Videtur
esse is de quo supra qui anno 1411 dicitur singularis benefactor domus La-
pidis refugii ») - Voici ce qu'il a copie dans la carte de 1411: R^olus in X^{to}
Pater Dⁿⁱ episcopus Timiensis undecim Cellas in d^o Lapidis refugii
erexit in charta tricenari 3^{is} Spiritus pro eo.
- " " " D. Salomon, Prior quondam dⁱ Lapidis refugii, pro quibus (cum alio) fiat
unum tricen. per tot. Ord.
- " " " D. Antonius monac. sac. dⁱ Lapidis refugii, pro quib. (cum alio) fiat idem.
- " " " Fr. Albertus, conversus dⁱ Lapidis refugii, pro quib. (cum alio) fiat idem.
- " 1415 " D. Jacobus monach. prof^s dⁱ Lapidis refugii, pro quib. (cum alio) fiat idem.
- " 1429 " D. Georgius monac. sac. prof^s dⁱ Lapidis refugii, pro quib. (ut supra).
- " 1434 " D. Petrus monach. dⁱ Lapidis refugii, sacer. pro quib. (ut supra).
- " 1437 " D. Nicolaus monach. dⁱ Lapidis refugii quondam Prior dictae dⁱ
- " 1440 " D. Antonius procurat^r dⁱ Lapidis refugii, sacer. pro quib. (cum & aliis) fiat idem.
- " " " Fr. Joannes convers. dⁱ Lapid. refug., pro quib. (cum & aliis) fiat idem.
- " 1443 " D. Maternus (Machelinus, s.c.) Poloner mon. prof^s dⁱ Lapidis refugii,
" " " D. Laurentius mon. prof^s dictae dⁱ } sacerdotis, pro quibus fiat idem.
- " " " D. Andreas sacrista dictae dⁱ
- " 1450 " D. Nicolaus Prior dⁱ Vallis S^e Antonii, prof^s dⁱ Lapid. refugii, sac., pr. q. (ut supra).
- " 1456 " D. Bernardus mon. prof^s dⁱ Lapidis refugii, sac., pr. quib. (cum & aliis) fiat idem.

ad nostram accedentes praesentiam, devotissime
 postularunt, quod ipsis locum quemdam, Lethron
 (Látó) nuncupatum, situm in terminis nostrae
 provinciae, qui vulgariter lapis refugii, seu
 speculationis, ^[v.] ad construendum et aedificandum
 in eodem claustrum, pro honestate sui Ordinis,
 conferremus. Nos itaque congregatione seniorum
 nostrorum universorum facta, deliberatione ma-
 tura praehabita, considerantes ipsorum petiti-
 nem esse iustam et devotam, non detrimentum,
 sed emolumentum salutare, tam corporaliter
 quam spiritualiter inferentem: de bona volun-
 tate et omnium consensu totius nostrae com-
 munitatis, eidem fratribus locum praescriptum
 cum suis pertinentiis, videlicet sylvis, pascuis,
 piscationibus Belae et Conradae fluviorum,
 agris cultis et incultis, quaesitis vel inquiren-
 dis, cum metis infrascriptis concessimus et
 contulimus perpetuo possidendum; ut ipsi ibidem,
 sicut petierunt, pro honestate et utilitate Ordi-
 nis Carthusiensium, ad laudem gloriae et hono-
 ris Altissimi, et beatissimae Virginis Mariae
 Dei genetricis, sanctique Joannis Baptistae, nec
 non Margarethae virginis, aedificare valeant,
 et nos per hoc ipsorum salutaribus orationum
 auctarum suffragiis potimus in perpetuum con-
 solari. Ne vero in posterum per nos vel per
 nostros successores de metis et limitibus eiusdem
 lapidis aliqua oridatur ambiguitas, ipsum de-
 crevimus certis circumscribere metis et limiti-
 bus distinctis. Primo enim sicut duae aquae,
 Conrada et Bela scilicet, dictum lapidem per

- ch. 1463 Obiit D. Johannes Vic. d^s Vallis auxiliⁱ qui fuit alias Prior d^s Lapidis refugii qui
 obiit 8 junii, ^{pr. quib.} sec., (cum 3 alijs) fuit idem.
- " 1464 " D. Thomas mon. prof^s d^s Lapidis refugii, sec., pro quibus (cum 3 al.) fuit idem.
- " 1467 " D. Thomas vicarius }
 " " " D. Paulus procurator } d^s Lapidis refugii, sacerdos, pro quibus fuit
 " " " D. Andreas sacrista } idem.
 " " " D. Johannes, mon. prof^s }
- " " " Fr. Michael Doleator }
 " " " Fr. Mattheus } Conversi d^s Lapidis refugii, pro quib. (cum alijs) fuit idem.
- " 1480 " Fr. Stephanus, conr. d^s Lapidis refugii, pro quibus (cum 4 alijs) fuit idem.
- " 1483 " D. Johannes Mos. Junior prof^s (D. Joannes prof^s, J.C.) d^s Lapidis refugii
 qui alias fuit Prior dictae d^s, sec., pro quibus (cum 2 alijs) fuit idem.
- " " " Fr. Antonius conr. d^s Padule (Lapidis, J.C.) refugii, pr. quib. (cum 2 al.) f. id.
- " 1485 " Fr. Thomas conr. d^s Lapidis refugii, pro quib^s (cum 5 alijs) fuit idem.
- " " " Fr. Nicolaus conr. prof^s d^s " " (J.C.)
- " 1486 " D. Martinus monac. prof^s d^s Lapidis refugii, sec., pro quib^s (cum 4 al.) fuit id.
- " " " D. Franciscus (Gabriel, J.C.) monac. prof^s d^s S^ti Michaelis in Lewfeld qui alias fuit
 Prior d^s Lapidis refugii, et obiit 24^o Martii (23^o martii, J.C.), sec. (ut supra).
- " 1493 " D. Ugo (Hugo, J.C.) monac. prof^s et sacrista d^s Lapidis refugii, pro quibus
 (cum 2 alijs) fuit idem.
- " 1496 " D. Georgius Lewdehre sacrorum canonum doctor cantor ecclesiae collegiatae
 Mortis S^ti Martini in Steys, magnus benefactor d^s Lapidis Refugii, sacerdos,
 qui habet plenum monach. in prov^{ca} Alemaniae superioris, et obiit 23 Martii (J.C.)
- " 1497 " D. Gaspard Plato Lentschoma prof^s d^s Lapidis refugii. (J.C.)
- " " " D. Ladislaus prof^s et procurator ipsius d^s (J.C.)
- " " " D. Andreas de Fallremston prof^s ejusdem d^s (J.C.)
- " " " D. Blasius de Forocaseor prof^s d^s Lapidis refugii (ita) (J.C.)
- " " " D. Simon monac. prof^s d^s Lapidis refugii, discorus (J.C.)
- " 1498 " D. Nicolaus Prior d^s Vallis jocosae in Carnida qui alias fuit Prior
 ad Lapidis refugii, in Seitz et Mambach, et multis annis fuit
 visitator prov^{ca} Alemaniae superioris, qui habet per tot. ord. plenum
 monachatum... 7 februaris (7^o Avr. Kal. Vall.) (J.C.)

tria sua latera circumdant et circumcingunt; ad quantum vero latus versus occidentem; prout nuroorum ambitus, ab una scilicet valle Befae, usque ad vallem alteram, videlicet Couradae, eius Lapidis continetur. Extra vero nuros saepefati montis, nos de nostra terra praedictis tantum addidimus, quantum pro pomoriis faciendis, et aedificiis pro clauastro construendis possit sufficere abundanter. Ut autem haec nostra concessio et collatio, facta in generali congregatione nostrae Provinciae, robur obtineat perpetuae firmitatis, praesentes dedimus litteras, sigillo nostrae communitatis, et sigillo D. Jordani nostri Comitis, roboratas.

Datum et factum in civitate Lyutscha, Anno Domini MCLXXXIX, in die S. Michaelis, XII Indictione."

apud Wagner Analect. Scep. P. I. pag. 393. Bardosy Suppl. p. 433.
 Katona Com. VI. p. 1204. seqq. Confirmavit donationem hanc
 Rex Sigismundus anno 1412. V. Arch. Scepul. Serin. VI. fasc. V. no. 1.

Ibidem, p. 212.

— 1299, XIV Kal. Januar. —

A. Ch. 1299. Jacobus Scypusensis Episcopus tabulas praemissas confirmat.

Nos Jacobus miseratione divina Episcopus Scypusensis, universis Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis, cum paterna benedictione, in Domino salutem. Haec fuerit in tempore, ne cum labenti tempore simul collabatur, et ne oblivio, reverca omnium felicium actionum, hominum memoriam ut terbo dissiparet; opportunum nobis videtur ut acta

qui alias
J. C. (og).
d. La.
J. C. (sc)
d. d. d. t.


modernarum cautione scripturarum certissime
confirmantur. Hinc est quod nos, instigante ac
favente clementia Divina, et ad hoc regia suf-
facti auctoritate, dilectis nobis filiis, fratribus
Ordinis Carthusiensis, locum quemdam, qui Le-
thou dicitur ac Lapis refugii, seu speculationij,
situm in terra Scypiensi, et ad famulandum,
ac inibi ad laudem Dei, suaeque genitricis
Virginis Mariae, et S. Johannis Baptistae, nec
non sanctissimae Virginis Margarethae, et
claustrum construendum cum suis appendicijs
[sic] — libere contulimus et hoc de consensu om-
nium terraneorum, iure perpetuo possiden-
dum — — — ut autem nostra haec donatio
facta gratia Regia mediante, ac fratrum no-
strorum, ut superius memoravimus, consensu
accedente, inviolabilis seu irrefragabilis iugi-
ter perseveret, Nos litteras contulimus penden-
tis sigilli munimine firmissime communitas,
Huius rei testes sunt: D. Hainricus plebanus
de Leutschka, D. Verherus plebanus de Oderino,
D. Martinus plebanus de villa Isaac, D. Herma-
nus plebanus de Lubitz, necnon Lutschka. Magi-
ster Gotifredus terrae Protonotarius, cum omni-
bus alijs terrae coniueratis.

d. s.

fugii.

Datum apud S. Martinum, in ecclesia Cathedrali.
Anno Domini MCCXXXXIX, XIV Kal. Januarii."

Ex autographo Wagner Anal. Teupus. P. I. 304. Bardosy
Sepp. p. 437.



- chi. 1537 obit D. Andreas prof^s et vicarius d^s in Olmutz, ibidem et in d^o Lapidis refugii
quondam Prior, sac.
- " 1540 " D. Thomas monac. prof^s et procur^r d^s Lapidis refugii, sac.
- " 1545 " D. Michael monac. prof^s d^s Lapidis refugii, sac.
- " 1554 " D. Petrus prof^s et olim Prior d^s Lapidis refugii, hospes in d^o in Olmutz, sac.

fugii

Ibidem. p. 243.

— 1290 —

A. Ch. 1299. Extractus Diplomatum aliorum anni huius.

2) Jacobus Episcopus Scepusiensis, una Praepositus, fratribus Chartusiensibus super loco quodam Lettion, et lapide refugii, aut Speculationis nuncupato, monasterium extruendi facultatem largitur anno MCCXC.

{ Ex archivo capituli Scepus. Scriptorio VI. fasciculus V, nro 1. Confirmatae per Sigismundum A. 1412.

ch. m. h. s. c.

Fejer. Vol. VIII^o p. 193, n^o 92.


— 1305 —

{ A. Ch. 1305. Carthusianorum monasterium in monte speculationis, alias lapide refugii, fundatur in honorem B. Joannis Baptistae. s. l. et d.

Anno Dominicae Incarnationis MCCXCIX. tempore Andreae Regis Veneti, instigante ac favente Divina clementia, quidam devotus ac venerabilis Pater, Dominus Martinus Plebanus de villa Isaac coepit inducere coeteros XXIV Plebanos de fraternitate regalium, quod fundarent Monasterium fratribus Carthusiensibus in monte Speculationis, seu lapide refugii (iuxta Hernadum in praerupta rupe, quo Promines tempore Tartarorum [sic] confugerant). Tandem anno Dominicae Incarnationis MCCCV, Deo favente, fundamentum Oratorii B. Joannis Baptistae posuit, et ab illo tempore successive in paupertate et penuria hoc monasterium est aedificatum. — Huic ergo domui tempore aedificationis praefectus fuit P.

+ Andreas, — monachus professus in Zeitze in Sclavonia.

{ Apud Wagner Anal. Scep. P. II. p. 71-72. Nomine Sclavoniae



non ea hic venit, quae Savo, Dravo, Danubioque contenta, dudum Hungariae obnoxia est; sed Marchia Sclavorum, seu Vinidorum, Carnioliae proxima. Sitem porro est Leitzium inter Petovium ac Celejensem urbes; atque hinc deductae sunt sacrae illae coloniae in Lapidem refugii.


Ibidem, p. 243, n. 122.

— 1307, 7. Sept.

A. Ch. 1307. Capitulum Ecclesiae B. Martini de Scepus super 40. iugeribus terrae arabilis, 20. item vinearum, et dimidio mensurae Regalis, conventui Ordinis Carthus. de Lapide refugii venditis, attestatur. In vigilia Nativitatis B. Mariae V.


Capitulum Ecclesiae Beati Martini de Scepus, omnibus Christi fidelibus, quibus praesentes ostendentur, salutem in omnium Salvatore. Quum memoriae contraria sit oblivio, dignum est, ut acta temporaliter litterarum patrocinio inscribantur. Proinde ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod consuetis coram nobis Joanne, et Ladislao filiis Nicolai, filij Chyba, una cum Ivanka filio Marci, cognato tutores et procuratores eorundem ex parte una, Domino Marcio de villa Tsath [sic], loco et nomine fratris Chunzady prioris de Lapide Leton, et totius conventus eiusdem, Ordinis Carthusiensis ex altera, idem Joannes, et Ladislaus quadraginta iugera terrae arabilis regiae mensurae, et pratum medium, continens singulis annis novem planstra foeni, adiacens iugeribus eiusdem, cuius mediam

+



partem residuam Ladislavus et filij Odus praedicto priori et conventui eo iure, et libertate sicut eandem haereditatem ex antiquo dignoscuntur possedisse, pro undecim marcis fieri argenti a Priore et conventu Ordinis Charybensi praedicti plene habitis et receptis, de consensu comitis Urbani, et Lucae, ac aliorum comitaneorum, et amicorum suorum nullo contradictore existente, specialissime vero Luca omni suo iure, quod habere in praedicta terra dignoscitur, abdicante, se vendidisse coram vobis personaliter sunt confessi ipsi Priori et conventui de Lapide Leton perpetuo, quiete, pacifice, et irrevocabiliter possidendam pariter et habendam; hoc expresso, quod Prior et conventus loci praedicti eadem foeneta de terra praedicta, quas alii nobiles terrae Tcepusiensis de tanta particula terrae fecerint, facere tenebuntur. Situs autem terrae praedictae est, inter metas Ladislai et filiorum Odus versus orientem, inter Corbarum versus meridiem, inter vero illas de Leton versus occidentem, et aquilonem, ita tamen quod latitudo terrae illius est ad longitudinem unius iugeri mensurae regalis; hoc tamen modo, quod quatuor iugera continue semper deberent fratribus praedictis, duo vero proxima post haec duobus cognatis Chryba praedicti, et hoc tandem, quoad usque fratribus praedictis sua quadraginta iugera compleantur,

et alijs viginti. Post haec autem significamus
 universis praesentium per tenorem, quod consti-
 tutis coram nobis comite Urbano praedicto et
 Paulo filio suo pro se et alijs filijs suis ex
 parte una, Domino Marcio de villa Baath,
 praedicto, loco et nomine Fratris Churadi
 Prioris de Lapide Letou et tobij conventus
 loci eiusdem Ordinis Carthusiensis ex altera,
 idem comes Urbanus et filij suis Paubus
 viginti una iugera cum dimidio mensurae
 regalis sita infra viam et stratam publicam
 quae ducit Simigis in Kapusdorff, eo iure pe-
 nitus et libertate sicut eadem ex antiquo
 dignoscatur possedisse, praedicto Priori et con-
 ventui de Lapide Letou de consensu omnium
 vicinorum et amicorum suorum, nullo con-
 tradictore existente, pro septem marcis puri
 argenti ponderis Scepusiensis plene habitis et
 perceptis a Priore et fratribus praedictis se
 vendidisse coram nobis publice sunt confessi
 ipsi Priori et confratribus suis praedictis per-
 petuo quiete et pacifice irrevocabiliter pos-
 sidenda pariter et habenda. Situs autem
 viginti unius iugeri et dimidii talis est, vi-
 delicet quod decem et octo continuo adiacent
 metis Nicolai filij Sthojan ab una parte,
 Ladislai et filiorum Odus ab altera, et hoc
 totum versus orientem, versus vero occidentem
 tangunt metas illorum de Letou, residua vero
 quatuor iugera decidentur de viginti iugeribus
 quae habent duo cognati Chybae, cum quade-
 ginta iugeribus Fratrum praedictorum. Assumpserunt



etiam nihilominus Joannes et Ladislaus filii Nicolai, Ivanka filius Marci, comes Urbanus, Paulus filius suus praenotati ab omnibus in praedicta hereditate fratres praedictos molestare volentibus, suis propriis expedire laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes litteras nostro sigillo fecimus communiti.

Datum in vigilia Nativitatis B. Mariae Virginis, anno Domini MCCCVII.


{ & collectione Nevenesyanae Tom. XI, sub littera
 { KK, p. 206-H.

Ibidem. p. 261. n. 132.

— 1308, v Idus Sept.

A. Ch. 1308. Fr. Gentilis presb. Cardinalis tit. S. Martini in montibus, Clementis PP. V. a latere legatus, in Hungariam destinatus, Zagrabiae in favorem Ordinis Carthusianorum litteras dat. Zagrabiae v id. Sept.

Fr. Gentilis — dilectis in Christo filiis — Strigonienfis et Zagrabienfis ac — S. Martini Cips, Strigon. Dioces. Ecclesiarum Praepos. salutem in Domino. Dignum est, ut, ^[201] qui non solum suas, verum etiam semet ipsos salubriter abnegantes, carnem suam cum vitij et concupiscentij crucifigunt, in claustris claustralibus se claudendo, gratis ^[202] attollamus favoribus et congruis ^[203] muniamus, ut eo devotius quo quietius pacis fauulentur auctori. Tunc Priores in Christo filii et conventus domorum B. M. in Chisa, et S. Margaritae in lapide refugij, ac paradisi, S. Joannis in Lubesne, Ord. Carthus., Strigonien. et Zagrabien. diocef. sua nobis conquestione monstrarunt, quod



nonnulli clerici et laici, ad eos propter Deum debitam reverentiam non habentes, ipsos in personis, bonis ac iuribus suis, contra Apostolicæ Sedis et legatorum eius indulta, præsumunt indebite molestare. Verum, quum Ordinarii iniuriatorum ipsorum iisdem Prioribus et conventibus in exhibendo iustitiam de talibus se interdum reddant difficiles, etiam negligentes, ipsisque minus difficile ac dispendiosum existat pro singulis iniuriis apostolicam Sedem invocare, iidem fratres nobis humiliter supplicarunt, ut providere eis in hac parte de opportuno remedio dignaremur. Itaque discretioni vestræ, qua fungimur auctoritate, mandamus quatenus vos duo, vel unus vestrum, per vos aut per alium seu alios, præfatis Prioribus et conventibus defensionis præsidio assistentes, vocatis qui fuerint evocandi, quum ab eis fueritis requisiti, veritate cognita, de prædictis iniuriatoribus exhibeatis iustitiæ complementum.

Datum Zagrabiae V. idus Septembris."

{ Apud Wagner An. Sep. P. I. p. 395 ...


Ibidem, p. 348, n. 149.

— 1309. V. idus sept-

{ A. Ch. 1309. Idem Fr. Gentilis Praepositis Strigoniensi,
Zagrabiensi ac Scepusiensi Carthusianos protegendos in-
iungit. Zagrabiae V. idus Sept.

Frater Gentilis & Dilectis in Christo filiis —
Scepusiensis, et — Zagrabiensis ac S. Martini in
Epi. Strigoniensi. Dioec. Ecclesiarum Praepositis,
salutem in Domino. Dignum est, ut eos qui non
solum sua, verum etiam semehipsum salubriter

abnegantes, carnem suam cum vitij et concupiscentij crucifigunt, in claustris claustralibus se claudendo, gratis attollamus favoribus, et congruis praesidiis praeveniamus; ut eo devotius, quo quietius, pacis famulentur auctori. Sane Priores, in Christo filii, et conventus domorum B. M. in Chisa, et S. Margarethae in lapide refugii, ac Paradisi S. Joannis in Lubene, Ordinis Carthusiensium, Strigon. Ragrabien. Diocesis, sua nobis conquestione monstrarunt, quod nonnulli clerici ac laici in eos propter Deum debitam reverentiam non habentes, ipsos in personis, bonis, ac iuribus suis, contra Apostolicae Sedis et Legatorum eius indulta praesumunt indebite molestaro. Verum cum Ordinarii iniuriatorum ipsorum iisdem Prioribus et conventibus in exhibendo iustitiam de talibus se interdum reddant difficiles, et etiam negligentes, ipsisque nimis difficile ac dispendiosum existat pro singulis iniuriis Apostolicam Sedem invocare; iidem Fratres nobis humiliter supplicarunt, ut providere eis in hac parte de oportuno remedio dignaremur. Itaque discretioni Vestrae, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatenus vos, vel duo, vel unus vestrum per vos, vel per alium, seu alios praefatis Prioribus et conventibus defensionis praesidio assistentes, vocatis qui fuerint evocandi, cum ab eis fueritis requisiti, veritate cognita, de praedictis iniuriatoribus, cuiuscuque conditionis, status, ordinis, vel dignitatis existant, et etiamsi pontificali fulgeant dignitate, exhibeatis iustitiae complementum, contradictores eadem



auctoritate per censuram ecclesiasticam compescendo.
 Datum Zagrabiae V idus Septembris "


(Wagner l.c. p. 395-6. [Anal. scapus I.]

Ibidem p. 388. n. 176.

— 1310 —

{ A. Ch. 1310. Carthusiani in loco lapidis refugii do-
 { tantur. s. l. et d.

Cowrado, primo Chartusianorum in loco lapi-
 dis refugii Priori, successit ven^{us} Pater Petrus,
 anno Domini MCCCX, qui assumpto socio, fra-
 tre Elia, una cum Domino Martino Plebano
 de villa Haac, accessit ad Rev^{erendissimum} virum D. Pau-
 lum praepositum Scopusiensem, explicans ne-
 cessitatem et penuriam fratrum, et suppli-
 cans ut eis aliquos proventus aut decimas
 dare dignetur. Acquievit igitur pijs precibus,
 et cum consensu fratrum suorum DD. Cano-
 nicorum, necnon cum confirmatione Rev^{erendissimi} pa-
 tris D. Thomae archiep. Strigouien. contulit
 eis decimas de villa Ballittarii (alias
 Schützenfeld) circa Quintumforum, perpetuis
 temporibus percipiendas; ita tamen, quod prae-
 fatis fratres Carthusienses tam pro D. Praeposito,
 quam pro DD. Canonicis, specialem memoriam
 singulis dominicis diebus in capitulo [sic] face-
 re teneantur. Et hoc hactenus semper obser-
 vatum est, et in futurum nulla unquam de-
 lebit oblivio. Eo tempore Sp. D. M. Elias Far-
 kassy, Castellanus castri Scopusien. hinc novel-
 lae plantationi subvenire volens, contulit eis-
 dem fratribus quandam silvam, qua iter versus



Brexnam, in qua villa Vernerii nunc situata est, et villam Falkenstein, pro remedio animae suae, perpetuo possidendam."


{ apud Wagner Anal. Scep. P. II. p. 73. - Katona
{ Bom. VIII, p. 200.

Ibidem, p. 404, n. 191. - 1311. S. Lucia -

A. Ch. 1311. Thomas archiep. Strigouien. donationem Pauli praepositi Scep. Carthusianus de Lapide refugii factam confirmat. In Leuche, infesto B. Luciae virg.

Nos Thomas, miseratione divina, archiep. Strigouien. eiusdem loci comes perpetuus, significamus quibus expedit universis, praesentium per tenorem. Quod discretus vir Magister Paulus, praepositus Ecclesiae B. Martini de Scepus, ad nostram accedens praesentiam, coram nobis confessus est viva voce; quod cum ipse pro remedio animae suae, et salute successorum suorum decimas suas — — religiosis viris et Deo devotis fratribus, ordinis Carthusiensis, de Lapide Lethen, Divini nominis cultum per eosdem augeri desiderans, contulisset, et idem fratres in recompensationem ipsarum decimarum quamdam particulam terrae, continentem quadraginta iugera, emptam ab Ivano et Ladislao filiis Nicolai, filii Gyba, iuxta terram Ladislai et filiorum Odus existentem; item particulam terrae emptam a Comite Urbano. et Paulo filio eius, cum curia dedissent et assignassent. Tandem idem magister Paulus praepositus, tanquam vir sapiens et memor

ext. ad



suae salutis, habito saniori et deliberationi consilio, una cum Fratribus suis et Capitulo Ecclesiae suae, nostro etiam consensu accedente, ipsam terram cum curia eisdem Fratribus resignavit et restituit pleno iure perpetuo possidendam, tenendam et habendam; nihil iuris in eisdem sibi in posterum tenendum vel habendum reservando; obligando se firmiter coram nobis, excommunicationis ex nunc, et ex tunc, per nos latam sententiam in his scriptis, si secus fecerit, in se excipiens. Quod amplius nec super ipsis decimis, nec etiam super terra praedicta et curia contra eosdem Fratres movebit quaestionem. In cuius rei testimonium, perpetuamque firmitatem, ad instantiam eiusdem Praepositi praesentes litteras sub appensione sigilli nostri authentici duximus concedendas.

Datum in Leuche, in festo B. Luciae virginis, per manus discreti viri Magistri Hervici, Praepositi Vacientis, Cancellarii nostri. Anno Domini MCCCXI."


{ Car. Wagner. Anal. P. I. p. 392, 8. Kapruni sub
B. Bom. t. III, p. 119.

Ibidem, p. 416, n. 196.

— 1311, S. Elisabeth.

A. Ch. 1311. Capitulum Scopus. de tribus maris e. enyu
{ villae Bothfulva Carthusianis de Lapide refugii per
{ comitem Arnoldum legatis, testatur. Apud S. Martinum
in die S. Elisabeth.

Nos Capitulum Ecclesiae S. Martini de Scopus,




harum serie memoriae commendantes significamus
 quibus expedit universis: quod constitutis coram
 nobis religiosis viris Fr. Petro priore de Lapide,
 et Fr. Elia ordinis Cartusien. ab una parte; et comite Arnolfo cum duobus filiis suis, Elia et Ladislao ex altera; idem comes Arnoldus cum praedictis filiis dixerunt tali modo: Quod Joannes piae recordationis filius quondam Comitis Detrici, et nepos domini Comitis Arnoldi, extrema hora mortis suae, pro remedio animae patris sui, matrisque suae, de cetera villae suae Silavonicae, tres marcas argenti cum pondere scyptensi, Fratribus de Lapide annis singulis perpetuo delegasset, tribus terminis infra specificatis persolvendas: in festo scilicet B. Martini, in media quadragesima, et festo S. Georgii Martyris; hoc tamen addito, quotiescunque quaecumque praedictam pecuniam eiusdem villae possessores dictis fratribus non solvent, per censuram ecclesiasticam dare compellantur. In cuius rei testimonium eisdem Fratribus nostras concessimus litteras nostro sigillo munitas.

Datum apud S. Martinum Anno Domini MCCCXI,
 in die S. Elisabethae.

{ Kaprinai sub B. Com. LIII. 118. Wagner Anal. P. I.
 p. 396-7. Katona Com. VIII, 225-6.

Nagy - Codex Diplomaticus Hungaricus Andegavensis - Bu-
dap. 1878 - . Tom. I. p. 293. n° 268. - 1313, 5. Maj -


Nos capitulum ecclesiae sancti Martini de Scypus memoriae commendantes significamus



quibus expedit harum serie universis. Quod con-
 stituti coram nobis Gydricus filius comitis Fri-
 drici pie memorie de sancto Quirino et Gobli-
 mus filius eius, pro se et fratre suo ab una
 parte fratre Johanne vicario de lapide
 refugii ordinis Karthusiensis et domino Johan-
 ne plebano de villa Baldinari, pro domino
 + Petro priore ac toto suo conventu loci et
 ordinis predicti ex altera. Idem Gydricus
 dixit tali modo, quod predicto cenobio et
 fratribus ibidem Deo omnipotenti famulantibus
 pro remedio anime tam sue quam coniugis sue
 nuper defuncte necnon parentum suorum
 de consensu filiorum suorum censum unius
 fertonis fini argenti cum pondere Cypsiense
 singulis annis in festo beati Martini confes-
 soris persolvendi, de possessione sua Biztiza
 vocata per se et suos successores dedisse
 liberatiter et contulisse coram nobis est confes-
 sus perpetuo quiete pacifice et irrevocabili-
 ter possidendum. Hoc tamen addito quod quo-
 cientunque et quandounque ipsum fertonem
 eiusdem villule possessores dictis fratribus non
 persolverent, per censuram ecclesiasticam dare
 compellantur. In cuius rei testimonium eidem
 fratribus nostras concessimus litteras sigillo
 nostro communitas.


Datum sabbato proximo post Inventionem sancte
 Crucis. Anno domini MCCC. tercio decimo.

§ Fügö ép. peckettel; eredetije az orsk. Int. Kinest. orsk. Jozs.
 Urtica Leuckov. 1. 28. Közli; Övagy L.




At. Ch. 1319. Comes Paulus, Index Curiae, super adiudica-
tione ac perpetuatione quadraginta iugerum terrae
in Özmiklőfalva, Fratribus Ord. Carth. de Lapide refugii,
impetitoribus in poena calumniae condemnatis, suas largi-
tur privilegiales. Budae de Octavarum praedictarum.


Nos comes Paulus, Index Curiae serenissi-
mi et magnifici principis domini Ludovici
Dei gratia inclyti regis Hungariae, memoriae
commendamus terrore praesentium significantes qui-
bus expedit universis, quod cum Matthaes, filius
Joannis de Righ, et Joannes filius Nicolai de
Barcha, in possessione Özmiklőfalva vocata
quadraginta iugera terrarum ratione iuris no-
bilis Dominae Filiae comitis Boza, consortis
Odolphi, aviae eorum asserentes, et ab ipso
puellari iure ipsis de regni approbata conque-
tudine et rationabili de causa successisse, per
hominem regium, sub testimonio Capituli Sce-
pusiensis vicinis et commetaneis eorundem
praesentibus recaptivari, et ipsis satisfacere vo-
lentes, statutioni eorum in personis prioris
et fratrum Ordinis Carthusiensis de lapide re-
fugii contradictum existisset, et eidem Mat-
thaeo filio Joannis, ac Joanne filio Nicolai, ab
ipsis Priore et fratribus Ordinis Chartusien. de
lapide refugii, rationem contradictionis eorum
eisdem assignari postulantes; ipsorum Priorum
et fratrum Ord. Chartusien. Procurator legitimus
coram nobis comparendo, eosdem super ipsis qua-
draginta iugeribus terrarum instrumenta efficacia




habere, et in termino per nos eisdem iuridice assignando eadem exhibere posse allegasset. Nosque ad ipsorum instrumentorum exhibitionem diversos terminos et ultimo octavas festi beati Georgii Martyris nunc instantes eisdem fratribus de lapide refugii pro termino desputassemus; ipsi tandem octavis festi beati Georgii Martyris occurrentibus praetacto Mattheo, filio Joannis de Nigh pro se personaliter et pro dicto Joanne, filio Nicolai de Barcha, cum procuratorij litteris conventus de Tazzo coram nobis comparente, et ipsa instrumenta per ipsos fratres Ord. Carthusien. conspectui nostro produci postulante, Gerardus filius Joannis, pro eisdem fratribus Ord. Carthusien. de lapide refugii cum legitimis et sufficientibus litteris eorundem procuratorij ad nostram accedendo praesentiam, primo quasdam litteras praefati capituli Scepusiensis patenter in crastino festi beati Ambrosij confessoris Anno Domini MCCCXVII^o confectas nobis demonstravit, quarum serie informabamur eo modo: quod Magister Körnös, filius quondam Odolphi, nobilis de Scepus, nuncio suo destinato humiliter precum instantia ipsum Capitulum Scepusiense rogasset, ut bonum eorum fidedignum ad ipsum mitterent, coram quo suam explicaret voluntatem; ipsum vero Capitulum Scepusiense petitionibus eiusdem favorabiliter inclinatis, discretos viros Dominum Mathiam Cantorem, et Dominum Carolum Custodem ecclesiae eorum ad eundem duxissent destinandas;



qui eidem Capitulo Scepusiensi dixissent ad eos
 redeuntes: quod coram ipsis praefatus Magister
 Körnös, licet aeger corpore, compos tamen men-
 tis, fuisset confessus oraculo vivae vocis; quod
 pro remissione suorum peccaminum, et animarum
 parentum suorum pro remedio, sexaginta iugera
 terrae arabilis, mensurae regalis, ipsum haere-
 ditarie contingentia, in villa Nicolai Eör exi-
 stentia cum eorum usibus dedisset et donasset
 religiosis viris et discretis fratribus Monasterii
 beati Joannis Baptistae de lapide refugii, perpe-
 tuo et irrevocabiliter possidenda, tenenda pariter
 et habenda, idem etiam Gerardus, filius Körnös,
 Procurator dictorum fratrum de lapide refugii,
 quasdam privilegiales litteras eidem Capitulo
 Scepusien. in festo beati Benedicti Confessoris
 anno Dominicae Incarnationis MCCCXI^o confectas,
 modo iudicario exaratas, praesentavit conti-
 nentes: quod accedentes ad ipsius Capitulii Sce-
 pusien. praesentiam Magister Jacobus filius quon-
 dam comitis Adolphi pro se et fratribus suis Kör-
 nos videlicet et Adolpho Lachti, filij quondam
 Petri, Chiem, Michael, filij quondam Ekobiae,
 ex una parte; Ivan, Bethlem, Petrus, filij Be-
 thlem et Urbanus, quondam filij Nicolai, pro
 se et Dominico fratre suo, nobiles de Scepus
 ex altera, iidem compositionem ratione cuiusdam
 haereditatis de villa Bethlem, et aliae haereditatis
 de villa Sylvestri apud sanctum Nicolaum, per
 arbitrium proborum virorum, videlicet Ladislai de
 Franconis, Joannis comitis de Gorgo, et Nicolai filij




Vache inter ipsos factam, taliter ipsi Capitulo Sce-
 pusiensi recitare curassent: quod praedicti filii Be-
 thleem dividiatam hereditatis, quam habuit
 sent in villa sancti Nicolai, excepta illa portione
 quae uxorem Comitis Andreae attigisset, ipsis
 filiis Adolphi, filii Petri et filii Thobiae contu-
 lissent iure hereditario cum omnibus utilitati-
 bus et pertinentiis universis perpetuo possidendam.
 Hoc tamen interiecto: quod si praedictos filios Adol-
 phi et socios suos aliqui, ratione praedictae posses-
 sionis molestare seu impedire attentarent,
 praedicti filii Bethleem eosdem tenerentur expe-
 dire propriis laboribus et expensis. Item Chiem,
 Michael, filii Thobiae, et Lachti filius Petri de
 eadem hereditate, villa videlicet Cari Nicolai
 praedicti, portionem ipsos contingentem, prae-
 dicto Magistro Jacobo filio Adolphi cum omnibus
 utilitatibus suis et pertinentiis pro XI maris
 argenti, ab eodem plene habitis et receptis, in fi-
 lios filiorum suorum, iure hereditario possiden-
 dam vendidisse fuissent confessi. Quarum lit-
 terarum exhibitionibus factis, cum nos prae-
 dictum Matthaeum filium Joannis de Zigh, in
 eo utrum ipse et dictus Joannes filius Nico-
 lai de Barcha aliquas litteras perpetuationem
 dictae particulae terrae quadraginta iugerum
 nomine praenissi iuris Dominae Aviae eorum
 rationabiliter sibi valeant vindicare, habeant
 et exhibere possint, aut eandem alia aliqua
 rationabili cautela suam esse comprobare va-
 leant, vel in dominio eius aliquocumque tempore



perstiterint, eamque pacifice possederint, vel ne,
 iuxta officii nostri debitum vicibus quam plu-
 ribus interrogassemus, idem Mattheus, filius
 Joannis, se et dictum Joannem, filium Nicolai,
 non aliquas litteras perpetuationem vel rec-
 ptionem dictae particulae terrae quadraginta
 iugerum explicantes, vel aliquas alias habere
 et exhibere valere, nec eandem alia aliqua
 evidenti ratione suam fore fuisse comproba-
 re posse, nec etiam in dominio eiusdem quo
 quo tempore perstitisse, nec ipsam possedis-
 se allegavit; verum quia praedicta possessionaria
 particula in possessione Lörmiklösfalva habita
 primo per eosdem filios Adolphi, filios Petri,
 filios Thobiae, a praedictis filiis Bethlem pretio
 comparata fuisset; ipsamque usque tempus col-
 lationis eiusdem per praedictum Körmös ob reme-
 dium animae suae praedictis fratribus Ordi-
 nis Carthusien. de Lapide refugii factae, per
 eosdem filios Adolphi, filios Petri, filios Tho-
 biae, a praemissi longinqui temporis spacio pa-
 cifice, sine motu et perturbatione aliquali
 conservata et possessa fuisset, postremoque
 eadem sexaginta iugera terrae in possessione
 Lörmiklösfalva habita per eosdem filios Adolphi,
 filios Petri, et filios Thobiae, ut praefertur, pre-
 tio comparata, ex quibus praedicta quadragin-
 ta iugera terrae per eosdem Mattheum, et
 Joannem nomine praemissi iuris Dominae Arieae
 eorum fuerant recaptivata, per praedictum Kör-
 mös filium Adolphi ob remedium animae suae

in remissionem suorum peccaminum cum eodem
 litterali instrumento, quo mediante eadem prius
 a praedictis filiis Bethleem pretio comparata
 fuisse dignoscebatur, praememoratis fratribus
 Ord. Carthuyien. de Lapide refugii divinitus
 collata extitisse, ipsaque per eosdem fratres
 et ecclesiam eorum praenotatam usque modo
 sine motu et perturbatione aliqua possedita
 fuisse, ex earundem litterarum privilegialium
 Capituli scopus continetur manifeste reperienda,
 tur; idemque Matthaeus in sua et dicti Joannis,
 filii Nicolai, persona, cuius procurator legitimus
 exstebat, nullas litteras perpetuales, protestationa-
 les, prohibitionales, causales vel alias aliquas, qua-
 rum vigore dictam particulam terrae quadra-
 ginta iugerum nomine praemissi iuris Dominiae
 Arvae eorum sibi valuisse vendicare, exti-
 cebat, nec in futurum extibere assumebat,
 nec eandem alia aliqua rationabili causa ipso-
 rum esse comprobare poterat; nec etiam in
 eiusdem dominio aliquocumque tempore se ipsos
 perstitisse, eamque posseditisse referebat, nisi
 simpliciter vulpinae dolositatis astutia, tacitae,
 que veritatis suggestionem eam a praedictis fratre-
 bus Carthuyien. nomine praemissi eorum iuris
 requirebat, et ex coacquisito eorum Matthaei,
 et Joannis, filii Nicolai, nobis ac regi Baroni-
 bus huius causae veritatem manifeste conuen-
 tibus, calumniosa fore videbantur. Igitur
 praenominatos Matthaeum, filium Joannis de Zigh,
 et Joannem filium Nicolai. de Barena pro praemissa




calumniosa dictae particulae terrae requisitione, privatis eorum iuribus possessionariis et bonis universis, ipsos ubique prope contingentibus, in duabus partibus nostris iudiciariis, in tertia vero parte adversae partis manibus devolvendy, de eorundem Baronum iuridico consilio, iudiciariae nostrae potestatis auctoritate calumniantium poena condemnantes, eandemque particulam terrae litigiosam quadraginta iugerum eisdem fratribus Ordinis Carthusien. de Lapide refugii et Ecclesiae eorum praenotatae, eo iure quo eis ex praedictarum litterarum privilegia, tum serie pertinere dignoscitur, adiudicavimus sine praepiudicio iuris alieni perpetuo possidere, silentium perpetuum eisdem Mattheo et Joanni ab ulteriori requisitione eisdem [sic] imponentes serie praesentium mediante. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes ipsis fratribus de Lapide refugii litteras nostras privilegiales pendentes sigilli nostri authentici munimine roboratas, duximus concedendas.

Datum Budae sedecimo die octavarum praedictarum, anno Domini MCCCXIX^o " L. S.

{ Ex autographo Camerali Nevenesi tom. X VII,
n^o 17, pag. 80. seqq. Item tom. XL, p. 80. seqq.

Nagy t. 1. p. 542, n^o 490 — 1320, 13, Januar.


Capitulum ecclesie sancti Martini de Scepus omnibus christifidelibus presentibus et futuris quibus presentes ostendentur salutem in salutis largitore.



Quonia[m] que aguntur in tempore vacillant,
 nisi presidio litterarum fulciantur. Proinde
 ad universorum noticiam harum serie volumus
 pervenire: quod ex una parte Comite Stepha-
 no filio quondam comitis Elie de Leucha,
 ab altera vero Johanne quondam Plebano
 de villa Boldmary, et Johanne filio Goblini
 de villa Mathei fratribus Ord.^{is} Cartusien.
 de Lapide refugii pro se, et pro eorum con-
 ventu coram nobis personaliter constitutis,
 iidem fratres confessi sunt oraculo vivorum,
 quod unum integrum molendinum eorum,
 quod ex legacione quondam comitis Johannis
 de Gargon, in suo facta testamento, habent
 in Meldur, de consensu cognatorum eiusdem
 comitis Johannis, vendidissent eidem comiti
 Stephano pro L. maris plene receptis ab eodem,
 et per eum suis heredibus et successoribus
 heredum, iure hereditario et irrevocabiliter
 cum suis usibus perpetuo possidendum. In
 cuius rei memoriam perpetuanque firmitatem
 ad parvum petitionem nostrum concessimus
 privilegium nostri pendenti sigilli munimine
 roboratum.


Datum in Octavis Epiphanie Domini, anno
 eiusdem MCCCXX^o.

{ Hártyasralagon függő ép pecséttel és fönt-
 metszett betűkkel; eredetije a Görgey cs.
 Tut. 2. 17.




- Nagy. t. 2. p. 382. n. 239 - 1329, 14 Januarii

Capitulum ecclesie beati Martini de
 Scepus.. ad universorum noticiam.. volumus
 pervenire, quod nobilis vir et honestus
 magister Johannes filius condam Comitis Ri-
 colphi una cum filiis suis Michaelle vide-
 licet Nicolphi Johanne Ladislao et Jacobo
 ex una parte et religioso viri Johannes
 prior et Bethe fratres Ord.ⁱ Cartusiensium
 Lapidis refugii de Letou cum literis pro-
 curatoris sui conventus ex altera coram
 nobis personaliter constituti tale inter se
 concambium fecisse confessi sunt oraculo vive
 vocis perpetuo duraturum, quod predictus
 magister Johannes cum eisdem filiis suis quam-
 dam possessionem ipsorum Kolchwan vocatam
 in districtu sitam Scepusiensi.. per veteres
 metas et antiquas prout in eorum continetur
 instrumentis.. dedissent.. predicto conventui de
 Lapide refugii perpetuo iure possidendam, pre-
 fatus vero conventus Lapidis refugii de Letou
 in concambium eiusdem possessionis Keluan[is] ^[sic]
 dedisset.. eidem magistro Johanni filio comitis
 Nicolphi possessionem ipsorum Heymborch voca-
 tam in districtu sitam Chartensi quam ex
 collacione nobilis viri quondam magistri Kokos
 possidebant.. cuius quidem possessionis Kolchwan
 collacionem per eundem magistrum Johannem
 et filios suos in concambium memorate posses-
 sionis Heymborch eidem conventui factam et
 eandem possessionem Heymborch per eundem conventum




eidem magistro Johanni collatam magister Nicol-
 plus frater magistri Johannis memorati cum
 filiis suis Johanne Ladizlao Clemente Lauren-
 cio Nicolao et Stephano pro se et ceteris filiis
 suis coram nobis personaliter comparendo sub
 metis et terminis infrascriptis consenserunt
 et permiserunt; cuius quidem possessionis Heym-
 borch mete prout idem magister Nicolplus
 cum eisdem filiis suis recitaverunt tali or-
 dine situantur, quod prima eius meta
 incipit a plaga occidentali ubi aqua Spanpa-
 taka vocata cadit in aquam Slauk nuncupa-
 tam et in eadem aqua Spanpataka pergit
 supra usque ad caput eiusdem aque, deinde
 directe ascendendo vergit usque ad metas co-
 mitis Joseph de Zuok ubi sunt site due me-
 te terre, deinde flectitur versus meridiem
 et in dorso eiusdem montis transit ad duas
 terreas metas in fine eiusdem montis sitas
 a quibus descendit ad siccam vallem et ca-
 dit in unum rivulum per villam Wytakra
 vocatam transeundo et eundem rivulum di-
 recte transeundo cadit iterum in alium rivulum
 et in eodem rivulo ascendendo per longum
 spacium pervenit ad duas terreas metas circa
 eundem rivulum a parte dextra sitas a qui-
 bus ascendendo pervenit ad unum fontem ubi
 sunt due terree mete, deinde ascendit ad ver-
 ticem cuiusdam montis ubi sunt terree mete
 a quibus descendit ad profundam vallem et ca-
 dit in aquam Slauk et in eadem aqua descendendo



pervenit ad unam viam de Zarcha eandem
 aquam versus Iepus transeuntem ubi sunt
 due terree mete, deinde ascendendo versus
 occidentem pervenit directe transeundo ad ver-
 ticem cuiusdam montis a qua quidem verti-
 ce montis transit directe versus occidentem
 per longitudinem unius lancei ubi est meta
 terrea, deinde procedit ascendendo circa aquam
 Slauk in latitudine longitudinis unius lancei
 et vadit usque ad antiquas metas et per easdem
 antiquas metas vadit per montes et valles
 usque ad caput aque Zarcha nuncupate,
 deinde descendit versus orientem per montes
 et valles et silvas circa metas Brezwicka
 usque ad puteum qui fluit sub monte castri
 descendendo usque ad aquam Slauk nuncupa-
 tam et ibi mete dicte possessionis terminantur,
 quarum quidem metarum assignacionem seu
 cursum aut situacionem Philippus filius Abram
 consensit coram nobis personaliter comparendo..
 Datum sabato proximo post octavas Epiphanie Do-
 mini, anno eiusdem M^oCC^oXX^o nono.

az ép pecsét piroszöld sodraton függ; eredetije
 a m. tud. Akademia Könyvtárában őriztetik.
 Megvan ezen oklevél 1. Károly királynaké 1329-
 ben mart. 3.án kelt átíratában is, melynek
 eredetije az 0212. Itár kinevel. 022ban: Jes.
 Leuck 5.4. dipl. Itár. 2517. jelzet alatt őriztetik;
 ismét Károly kir. átírata a Szepesi Kapitány
 naké 1329-ben, aug. 22-én kelt átíratában is meg-
 van, u. o. Jes. Leuck. 5.3. dipl. It. 2518. Kőrli: Ko-
 vács Nándor.



Ibidem. p. 387, n° 343—

— 1329, 14 febr.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Sæpus.. significamus.. quod Nicolaus filius Gurk nobilis de Sæpus homine suo destinato humili precum instancia nos rogavit ut unum ex nobis virum idoneum ad ipsum mitteremus coram quo suam explicaret voluntatem, nos vero eius petitionibus inclinati Johannem presbiterum ecclesie nostre vicarium ad eundem duximus destinandum qui nobis dixit ad nos demum redeundo quod coram ipso idem Nicolaus filius Gurk in lectogra- viter decumbens egritudinis tale condidisset testamentum: quod dimidiam partem sue por- tionis possessionarie quam in possessionibus patris sui memorati habere dinoscitur heredi- tarie.. pro anime sue remedio.. legasset re- ligiosis viris et discretis fratribus ordinis Car- tusiensis monasterii beati Johannis Baptiste La- pidis refugii de Letou..

Datum in festo beati Valentini martiris, anno domini M^oCC^oXX^onono.


{ Kátlapján pészét töredékeivel; eredetije az orsz.
 { Itár kincst. orsz. Tes. Leucsov. 4. 64. dipl. Itár:
 { 2563. közli: Vincze Gábor.

Fejer, t. VIII³ p. 555 n° 250—

— 1331. feria VI post fest. S. Jacobi ap.

A. Ch. 1331. Capitulum de Sæpus controversiam de metis inter Mathacum filium comitis Tekhel de Gilnick, ac Religiosos de lapide refugii pacifice compositam testa- tur. Feria VI^{1^o post festum} B. Jacobi Ap.

Nos Capitulum B. Martini de Scepis memoriae
 commendantes significamus universis quibus ex-
 pedit, praesentium per tenorem: Quod constituti
 coram nobis personaliter Matthaes filius Comi-
 tis Tekkel de Gylnich ab una parte; ab altera
 vero frater Herbordus, cum fratre Wehe, pro-
 curatores religiosorum virorum de Lapide Refugiis,
 dicti Lehonka, Ordinis Carthus. de districta Sce-
 pusiensi, pro se et pro toto conventu eorum-
 dem, una cum comite Courado, filio quondam
 comitis Cunch de Gargous, pari voluntate sunt
 confessi oraculo viva voce: quod super di-
 cordia et altercatione metarum possessionis
 seu silvae Tacourète vocatae, diu inter
 ipsos iusta et ventilata, tandem ex arbitrio
 proborum virorum in talem pacis et concor-
 diae unionem se dixerunt devenisse: quod
 praedicti fratres de Lapide Refugiis, et Comes
 Couradus de bona voluntate ipsorum to-
 tam portionem possessionis seu silvae ab illa
 parte fluvii Gylnich versus Hungariam,
 hoc est a parte meridionali existentem, reli-
 quissent in perpetuum praedicto Matthaes
 in pace possidendam. Praefatus vero Matthaes
 totam portionem possessionis seu silvae ab ista
~~parte~~ parte fluvii Gylnich versus terram Sce-
 pusiensem, hoc est ex plaga septentrionali, ad re-
 centem secundum cursum veterum subterri-
 ptarum reliquisset, ac etiam reliquit coram
 nobis praedictis fratribus necnon comiti Coura-
 do similiter in perpetuum, ac irrevocabiliter pacifice




possidendam, tenendam, pariter et habendam; cuius
quidem possessionis seu silvae metae iuber
partes praedictas hoc ordine distinguuntur,
prout ipsi nobis viva voce retulerunt: Pri
ma meta incipit a fluvio Gylnich, ubi tran
sit via ipsum fluvium, transiens terram Sce
pusiensem ad Chytrnik, et per ipsum fluvium
Gylnich ascendit supra usque ad caput eiusdem
fluvii Gylnich ad plagam occidentalem, et inde
ascendit ad alpes Golcha vocatas, et ibi
praedictae metae terminantur. Annuimus
insuper praedictis et eorum petitionibus, quos
quandocumque nobis praesentes reportatae fue
rint, ipsis eorum privilegium super hoc fa
ciemus emanari. In cuius rei memoriam, per
petuamque firmitatem praesentes concessimus
litteras nostro sigillo munitas.

Datum feria sexta proxima post festum beati
Jacobi apostoli. Anno Domini M^oCC^oXXX^o primo,
 { Ex autographo. Anal. Dipl. Wagnerio-Janko-
 { vich. Tom. II, p. 141. n^o 52.

Nagy t. 5. p. 528, n^o 324 - - 1351, 30 novembre.


Nos Petrus Churde Vallis sancti Mauricii
(et) Chroni sancte Marie domorum priores Or
dinis Carbyensis pro tunc Almannie superioris
visitatores, universis presencia conspecturis pu
blice tenus confitemur, quod causam inter domum
Lapidis Refugi et domum Vallis sancti Anthonii
eiusdem professionis, super possessione cuiusdam
ville Lechnych nuncupate, cum omnibus suis



appendicij, nobis a nostro generali capitulo ad
 disbrigandum commissam, diligenter discutiendo
 determinavimus firrem debitum imponendo; per-
 spectis siquidem studiose literis utriusque domus
 super donatione dicte ville confectis, iusto ratio-
 nis libramine cognovimus perpendiculariter prefatam
 villam a Kokas comite filio Ficolphi priori et
 fratribus de Lapide fuisse quidem oblatam, sed
 profundatione claustrum nondum fundati postea
 vallis sancti^{Antonii} nunciati donatam; quapropter ex
 sinceritate consciencie adiudicamus eandem vil-
 lam cum cunctis eius attinentiis, a priore ac
 conventu vallis sancti Antonii tanquam sibi
 vere propriam quieto iure ac libere possidendam,
 ideoque auctoritate generalis capituli nobis in
 hac parte commissa precipimus eosdem, priorem
 videlicet et conventum vallis sancti Antonii
 super restitutione sepedicte ville cum suis cir-
 cumstantiis a priore ac conventu Lapidis Refugii
 qualicumque modo nullatenus molestari, harum
 testimonio literarum sigillorum nostrorum appen-
 sionibus munitarum.

Anno Domini MCCC LI^o, in die sancti Andree apostoli.

A Szepesi Kapitának 1355. mart. 1-én „Theodoricus
 prior domus vallis sancti Antonii in districtu Donau
 ordinis Cartusiensis ac hierelme „ religioso viro fratre
 Herbordo priore Lapidis Refugii in sua ac conventus sui
 personis omnia et singula in predictis literis contenta
 ratificante et adprobante ac kiadott átiratábol, melynek
 felül chyrographum. mal 7 veres telyem sodraton füg-
 gö pecséttel ellátott eredetije megvan az orsz. It. dipl. oszt.
 30,657. ^{Közli:} Kovács N.



Feyer. t. IX² p. 197, n^o 90-

1352, 14 idus april.

{ An. ch. 1352. Conventus Lapidis refugii claustris S. An-
tonii libros quosdam cedit.

Frater Joannes prior, totusque conventus Lapidis refugii, ordinis Cartus. in seipsum, universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Quoniam oblivio memoriae novercatur, dignum est, ut acta temporaliter litterarum testimonio perennent. Ideo ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: quod quamquam Antecessores patres nostri pie memorias, dominus videlicet Martinus, necnon dominus Joannes et dominus Goblinus, qui adhuc super est, immediate sibi in officio prioratus succedentes, una nobiscum propter divinum cultum augmentandum, et ordinis nostri dilatationem ad locum et monasterium vallis S. Antonii in Donayer ac fratribus nostris ibidem Domino famulantibus, in libris infra nominatis, et in villa Pulnow nuncupata contulerunt, haec ratificando tenore praesentium approbamus; considerantes, quod bonum sit et incundum habitare fratres in unum, et vae soli si ceciderit, eo quod non habeat sublevantem se. Nomina autem librorum qui dati sunt ad supradictam domum vallis S. Antonii haec sunt: Biblia manualia, Martyrologium, Graduale, et Antiphonale, Passionale, Homiliae B. Gregorii super Ezechielem prophetam, Augustinus super epistolas Joannis, Compendium theologiae veritatis. Promittimus et privilegium super villam Lechnitz, quam nobis vir divinae recordationis Magister Kokos, filius antiqui Nicolphi, pro fundatione

praefati monasterii vallis sancti Antonii tribuit et donavit, donum nostrae continentis libertates, praedictis fratribus nostris concedere necessitate quaelibet ingruente, ut igitur litibus et altercationibus omnis aditus praeccludatur, praesentes concessimus praememoratis nostris fratribus nostri sigilli munimine roboratas.

Datum in claustris nostris anno Domini MCCCLII.

IV Idus Aprilis.


{ Cessio haec An. 1355. per litteras Capituli Seopus
fuit roborata. Apud Wagner. Anal. P. III. p. 179. 19.

Ibidem .p. 712, n. 355—

— 1358—

{ An. Ch. 1358. Capitulum de Seopus super molendino
per filios Nicolai de villa Matthaei Carthusianis
de Lapide refugii vendito privilegiales elargitur.

Capitulum Ecclesiae beati Martini de Seopus, omnibus Christi fidelibus, praesentibus pariter et futuris, praesentium noticiam habituris, salutem in omnium Salvatore. Quoniam ea quae aguntur in tempore, vacillant facile, nisi praesidio litterarum, aut fidelium testimonio adminiculo in statum solidum redigantur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod Josepho et Jordano, filijs Nicolai de villa Matthaei de comitatu Seopusensi ab una, ac honorabili et religioso viro fratre Herbordo priore Lapidis refugii pro se ac conventu suo parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eosdem Josephum et Jordanum filios Nicolai extitit confessum viva voce testimonio: quod molendinum eorum super fluvio




Heriad, intra metas possessionis Gyurkharza, in
 dicto comitatu adiacentis existens, ad ipsos iure
 Successionis, et etiam titulo emptionis pertinens,
 cum quadam particula terrae circum ipsum mo-
 lendum sita, et omni iure et proprietate,
 necnon omnibus et singulis suis utilitatibus et per-
 tinentiis, quibus spectasset ad eisdem, Monasterio
 Lapidis refugii praedicti necnon fratribus in eo
 Deo iugiter famulantibus, pro centum florenis
 auri ab eodem Priore plene receptis, vendidissent
 et vendiderunt coram nobis, iure perpetuo et ir-
 revocabiliter, pacifice et quiete possidendum, te-
 nendum et habendum; nil iuris, nil domini-
 ni, nilque proprietatis sibi et suis Successoribus reser-
 vando penitus in eodem; universas etiam litteras
 super eodem molendino et particula terrae emana-
 tas, et apud se habitas ad manus eiusdem prio-
 ris, et potestatem assignantes; et si quas in frau-
 dem apud se reservassent, inanes dimittentes, et
 prorsus viribus carituras eidem Josephus et Jo-
 danus contra monasterium et fratres supradictos,
 exhibitoribus ipsarum nocituras. In cuius rei
 testimonium, firmitatemque perpetuam praesens
 nostrum concessimus privilegium pendentis sigilli
 nostri munimine roboratum.

Datum feria secunda proxima post Dominicam: Oculi.

Anno Domini MCCC^o VIII^o 11 L. J.

{ Ex originali Ex. Camerae archivi. Hevenesi tom. XL.
 { sub Kk. p. 49. seqq.



Feyer, t. X^o p. 339, n. 157 —

— 1404 feria 4^a p^r post fest^u s^c Georgii^o

Georgii comitis de Seopus pro Ladislao Episcopo Binnien-
 se, ac Gubernatore abbatiæ B. V. in Seopus, favorabilis
 sententia: A. 1404.

Nos comes Georgius, filius Johannis, Iudex
 Nobilium de Seopus, memoriae commendamus:
 quod cum nos universos Nobiles, Iudicatu nostro
 pertinentes, quos quibusdam arduis negotiis in-
 ter eosdem definiendis in unum congregari fecimus;
 tandem reverendus in Christo pater et dominus,
 dominus Ladislaus episcopus Ecclesiae Binniensis,
 commendatorque et Gubernator abbatiæ monasterii
 B. V. gloriosae in Seopus, in nostri constitutus me-
 dio, nomine et vice religiosorum virorum fra-
 trum Ordinis Carthusiens. de Lapide refugii quae-
 rare curavit studiose, utrum aliquis de dicta
 congregatione²⁾ nostra memoraretur, et dicti fratres
 Carthusienses de curia ipsorum per villam Le-
 thon exist. ad taxas ac collationes exactionales
 cuiuscunque generis persolvendas ullo unquam
 tempore compulsi extitissent? ac cum eisdem in
 aliquo servivissent? Qui cum matura delibe-
 ratione praehabita respondissent: quod nullus
 ipsorum, cuiuscunque aetatis, id habere posset in
 memoria, quod praedicti fratres de dicta Curia
 ipsorum unquam taxam aliquam vel collecturas
 exactionales exsolvisent vel cum eisdem in aliquo
 servivissent; tandem dictus reverendus pater in-
 stitit nos admonendo et hortando, ut super ipsa
 fessione pro cautela futurorum literas nostras
 ipsi priori et conventui dare dignaremur. Nos

1) sic

2) congregazione.

vero et universitas Nobilium pensatis multis et
 pene innumerabilibus fatigationibus et laboribus,
 quos praedictus Reverendus pater dominus Ladis-
 laus creberrime habuit pro nostro commodo et
 quiete, ipsius petitionibus benevole inclinatis,
 de consilio et consensu universorum Nobilium,
 literas nostras privilegiales sepe dictis fratribus
 ac conventui de Lapide refugii concessimus, pen-
 dentis sigilli nostri munimine communitas.
 Datum in quinfofo feria quarta proxima post
 festum S. Georgii Martyris Anno Domini MCCC
 IV. L. S. p.


(Ex originali.)

Fejer. t. X. p. 254, n. 112.


1462, fer. 3^a post Dom. Reminiscere

{ Sigismundus Rex Hungariae donationes Mariae regi-
 nae, ac suas monasterio Lapidis refugii factas confirmat. 1462.

Nos Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex
 semper Augustus ac Hungariae etc. Rex, memo-
 riae commendamus per praesentes, quod accedens
 ad nostrae maiestatis praesentiam religiosus
 et devotus frater Salamon, Prior monasterii
 S. Joannis Baptistae Lapidis refugii Ord. Charus.
 exhibuit nobis binas literas, unam videlicet
 inclytae principis D. Mariae quondam reginae
 Hungariae etc. consortis nostrae percharissime,
 felicij reminiscenciae, qua mediante ipsa, ob
 devotionem quam ad ipsum S. Joannem et
 dictum monasterium sincere gestabat, fratribus
 in eodem Domino famulantibus, pro vestitura
 eorundem unam petiam panni Bohemialis,



septem florenos auri valentem, annis singulis
 infesto B. Jacobi Apostoli, de tricesima in
 Liblaur exigi consueta, deputavit provenire,
 et aliam nostram literam similiter super eo
 emanatam, quomodo nos nihilominus prae-
 missa devotione ducti, praefatis fratribus
 etiam unum stamen panni, septem florenos
 auri valens, in praefixo festo B. Jacobi,
 item unam tunniam halecum, in festo B.
 Martini, omnibus annis de proventibus
 dictae tricesimae deputavimus provenire.
 Supplicavit itaque praefatus frater Salomon
 culmini nostro devota instancia, ut praedi-
 ctas literas ratas habendo et pro uberiori
 portatione, vigore unius literae nostrae con-
 firmare dignaremur. Nos itaque, nos remi-
 niscentes ad devotionem dicti claustrum et ordi-
 nis eiusdem statuendam, et animum no-
 strum pro maiori acceptando in coelestibus
 dono, ad huiusmodi devotionem salubrius excitando,
 praetactas literas, quarum tenoris materia
 superius declarata et expressa existit, ob hoc
 quia non expedit totalem tenorem earundem
 praesentibus inseri, ratas gratas et per omnia
 tanquam confirmatas, immo ampliatas, habendo,
 praefatis fratribus duo stamina panni prae-
 missi valoris, in festo B. Jacobi Apostoli et duas
 tunnias halecum in festo B. Martini, annis sin-
 gulis de proventibus praetactae tricesimae in
 Liblaur exigi consuetae provenientes, duximus
 deputandas et vigore praesentium deputamus.



Datum Leutroviae feria tertia proxima post
 Dominicam Reminiscere. Anno Domini MCDXII.
 Regnorum nostrorum anno Hungariae etc. XXV.
 Romanorum vero II.

(Apud Wagner Anal. Scopus. P. 1. p. 424-5.

Ibidem, p. 258, n.º 115 — 1412. Dom. ante fest. S. Fab. et
 Sebast.

Sigismundus R. H. conventum Lapidis refugii
 in portiones possessionarias Ladislai de Bargo intro-
 duci, statique iubet. A. 1412.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex sem-
 per Augustus ac Hungariae etc. Rex, Fidelibus
 suis Capitulo Ecclesiae Scopusien. salutem et gra-
 tiam. Dicitur nobis in personis religiosorum vi-
 + rorum fratrum Salamonis prioris, et conventus
 monasterii beati Joannis Baptistae Lapidis refugii,
 Ord. Chartyensiensis, quomodo ipsi in dominium
 portionum possessionariarum Ladislai filii Eliae
 de Bargo, in possessionibus Frankvagas, Sarkas
 falud, et Rugus, in comitatu Scopusiensi existent.
 habitarum, ipsos omnis iuris titulo concernentium,
 legitime vellet introire, si contradictio cuiuspiam
 ipsis non obviaret in hac parte. Super quo
 fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus,
 quatenus vestrum mittatis hominem pro testi-
 monio fidedignum, quo praesente Petrus filius
 Stephani de Borzafalva, aut Nicolaus filius Joannis
 et Jacobus literatus filius Stephani de Bethlemlfalva,
 Georgius Joannis de Keortveles, sive Andreas filius
 Urbani, de Trent Andras, seu Joannes sive Petrus
 filius Jacobi de Marzafalva, alij absentibus homo

noster, ad facies praedictarum portionum possessionariarum praefati Ladislai, filii Eliae, vicinis et commetaneis earundem universis iuribus legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat memoratum Salamorem Priorem in personis conventus praedicti, vel legitimi ipsorum procuratoris, in dominium earundem, statuatque easdem eisdem, iure ipsis incumbenti, perpetuo possidendas; si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint: evocet ipsos contra memoratum Priorem et conventum nostrum in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec ipsarum introductionis et statutionis seriem, cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato, nobis fideliter rescribat.

Datum Budae die Dominico proximo ante festum Beatorum Fabiani et Sebastiani Martyrum, Anno Domini MCCCXII.º Regnorum nostrorum, anno Hungariae XXV, Romanorum vero II.

(E transumpto Capituli Scopus anno 1418 emanato.)

Ibidem. p. 377. n. 171. —

— 1412 —

{ Capitulum Scopus de conventu Lapidis refugii rite
Statuto, rescribit. A. 1412.

Capitulum ecclesiae Beati Martini de Scopus, omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, salutem in omnium Salvatore. Quoniam omnium habere memoriam et nullius oblivisci, divinum est potius, quam humanum;

rationabile igitur, ut acta temporaliter scripturae
 patrocinio in statum solidum redigantur. Proinde
 ad universorum notitiam harum serie volumus
 pervenire: Nos literas serenissimi principis Do-
 mini nostri Sigismundi, Dei gratia Romanorum
 Regis semper Augusti, ac Hungariae etc. regis, om-
 ni cum reverentia recepisse in haec verba: Si-
 gismundus (v. supra anno hoc). Nos igitur mandatis
 eiusdem Domini nostri Regis, humiliter, ut tene-
 mur, obedire cupientes, una cum Georgio Joannis
 de Keörtveles, homine regio praedicto, nostrum mi-
 simus hominem pro testimo[nio] fidedignum, vide-
 licet dominum Petrum de Kismarch, fratrem et
 concanonicum nostrum ad praemissa exequenda.
 Qui demum redeuntes, nobis concorditer retulerunt:
 Quod praefatus homo regius, dicto nostro testimo-
 nio praesente, feria quinta proxima ante Domi-
 nicam: Invoavit, ac alijs diebus ad id sufficienti-
 bus, ad facies praedictarum portionum possessio-
 nariarum praefati Ladislai, filii Eliae, vicinis
 et commetaneis earundem universis inibi legi-
 time convocatis et praesentibus, accedendo, in-
 troduxisset memoratum Salamoneum priorem in
 persona conventus praedicti in dominium ea-
 rundem, statuissetque easdem eidem iure ipsi
 incumbenti perpetuo possidendas, nullo penitus
 inibi contradictore existente et apparen-
 te. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam
 praesentes nostras concessimus literas privilegiales
 eidem Salamoni priori et conventui pendente si-
 gilli nostri munimine roboratas.

p. 258.

15. p
et/

Datum vigesimo die diei introductionis et Statutionis
 praedictarum. Anno Domini suprascripto. (1412) L. S.
 (E transunto eiusdem Capituli anno 1418 emanato: V infra.)

Fejer t. X⁶, p. 155, n. 37-

— 1418 —

{ Capitulum Scepus literas suas Carthusiensibus de La-
 pide refugii anno 1412 concessas, transcribit. A. 1418.

Nos Capitulum Ecclesiae Beati Martini de Sce-
 pus, memoriae commendantes tenore praesentium
 significamus quibus expedit universis: Quod reli-
 giosus vir dominus frater Balthasar, Ordinis Car-
 thuyien. de Lapide refugii, ad nostram persona-
 liter veniendo praesentiam, exhibuit nobis quas-
 dam literas nostras privilegialiter confectas,
 tenoris infrascripti; petens nos humili precum
 cum instantia, ut easdem denuo sub sigilli
 nostri testimonio rescribi facere dignaremur
 ad cautelam; quarum tenor talis est: Capitulum
 Ecclesiae Beati Martini de Scepus (V. ad an. 1412.)
 Nos igitur iustis et legitimis petitionibus ipsius
 fratris Balthasaris favorabiliter inclinati, prae-
 dictas literas nostras, sine diminutione et aug-
 mento, praesentibus inseri fecimus et conscribi,
 appensioneque sigilli nostri communiri ad caute-
 lam praenotatam.


Datum in festo Beati — Papae et Martyris, Anno
 Domini MCCCXVIII. L. S.

(Ex originali archivi Cameratis.)

Fejer t. XI. p. 188, n. 82.

— 1438 —


(Introductionis post obitum regis Sigismundi peractae specimen. A. 1438.)




Nos Capitulum Ecclesiae Beati Martini de Scopus,
 Memoriae commendamus tenore praesentium si-
 gnificantes quibus expediat universis, quod cum
 nos literas serenissimi Principis et Domini nostri,
 Domini Sigismundi Dei gratia Romanor. Impera-
 toris semper Augusti ac Hungariae, Bohemiae,
 Dalmatiae, Croatiae etc. regis, nobis praecepto-
 rie loquentes, cum omni qua decuit reveren-
 tia et honore recepissemus, in haec verba:
 Sigismundus Dei gratia Imperator semper Augustus,
 ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc.
 Rex, fidelibus nostris Capitulo Ecclesiae Scopus-
 siensis, salutem et gratiam. Dicit nobis reli-
 + giosus vir, frater Joannes prior monasterii
 Beati Joannis Baptistae de Lapide refugii, ac
 conventus loci eiusdem, quomodo ipsi in do-
 minium cuiusdam possessionis Edesfalva voca-
 tae, in comitatu Scopusiensi existente, ipsos
 titulo pignoris concernentis legitime vellent in-
 troire. Super quo fidelitati vestrae firmiter
 praecipiendo mandamus, quatenus vestram mit-
 tatis hominem pro testimonio fide dignum, qui
 praesente Nicolauo Todor de Bethlemfalva, vel
 alter Nicolauo Batar de eadem, sive Ladis-
 laus Kolyn de Urbanfalva, seu Ladislavus
 Bodo de eadem, sive Stephanus de Ekepan-
 falva, aut²⁾ Petrus de Gargou, aliis absentibus,
 homo noster, ad faciem praescriptae pos-
 sessionis Edesfalva, vicinis et commetaneis
 eiusdem universis inibi legitime convocatis et
 praesentibus, accedendo introducat praefatos fratrem

sic

et huj: an



Joannem priorem ac conventum praenotatum in
 dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem,
 praemisso pignoris titulo eis incumbente, per-
 petuo possidendam, si non fuerit contradic-
 tum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos,
 contra annotatum fratrem Joannem priorem et
 conventum memoratum, nostram in praesentiam
 ad terminum competentem, rationem contradic-
 tionis eorum reddituros. Et post haec ipsarum
 introductionis [et] stationis seriem cum con-
 tradictorum et evocatorum, si qui fuerint, via-
 norumque et commetaneorum, qui eidem sta-
 tutioni interfuerint, nominibus ac termino as-
 signato, nobis fideliter rescribatis. Datum
 Budae feria quarta proxima post festum
 Beatae Catharinae Virginis et Martyris. anno
 Domini M. cccc. xxx. vii.º. Regnorum nostrorum
 anno Hungariae L. I.º, Romanorum XX. VIII.º, Bohe-
 miae XIII.º, Imperii vero V.º. Nos igitur man-
 datis eiusdem serenissimi principis et domini
 nostri Imperatoris et Regis Hungariae humi-
 liter, ut tenemur, obedire cupientes, una cum
 Ladislao Bodo de dicta Urbanfalva homine
 regio praedicto, unum ex vobis, videlicet ho-
 norabilem virum dominum Petrum Plebanum,
 socium et concanonicum nostrum, ad prae-
 missa exequenda pro testimonio fide dignum
 duximus destinandum; qui demum exinde ad
 nos reversi nobis unanimi et concordi voce
 retulerunt in hunc modum: quod ipsi se-
 cundo die diei Circumcisionis Domini proxime




transacto, ad faciem praescriptae possessionis Edesfalva, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis, et eisdem videlicet nobili domina relicta Stephani Segyel, Thoma Jordan nuncupato, et Georgio similiter Jordan appellato, necnon altero Thoma de eadem Edesfalva, ac Ladislao Kolyn de Urbafalva personaliter praesentibus, accedendo introduxissent praefatum Joannem priorem et conventum praenotatum in dominium eiusdem, statuissetque eandem eisdem praemisso prioris titulo eis incumbenti possidendam, tribus diebus, prout regni exigit consuetudo, inibi commemorantes, nullo penitus contradicere existente.

Datum quinto decimo die ^{die [sic]} diei introductionis et statutionis praenotatae. Anno Domini M. CCC. XXX. VIII.,
L. S.

(Ex archivo Camerali.)

7



Domus Lapidis refugii (LethenKow):

Bulle:

Boniface IX.

1396, 16 Junii. Nicolans Konii. "Dilecto filio Petro Nicolai vite ac morum h.

Datum Pemsii 16^o Kal. Julii a. 4^o.

R. h. 30 f. 32o.